ALLEGATIONES
JURIS ET FACTI

Admodùm Reverendiſſimi ac Ampliſſimi Domini

THEODARDI DE LA HAYE

Prioris, & Religioſorum Imperialis Monaſterii Stabulenſis, Ordinis S. Benedicti Congregationis Burſfeldenſis,

In Causâ vertente in Sacra Congregatione Epiſcoporum & Regularium inter ipſos ex unâ.

ET

CELSISSIMUM ac REVEREND. DOMINUM Epiſcopum Tornacenſem, Commendarium Abbatiæ Stabulenſis, & Venerabile Monaſterium Malmundarienſe ex alterâ Partibus.

Deductæ à Clariſſimo Domino Petro Levage, Juris utriuſque Doctore in Curiâ Romanâ Agente.

ANNO 1718.

Universitätsbibliothek Düsseldorf

SEQUUNTUR DUBIA
Ad quæ reducta fuit tota Materia hujus CONTESTATIONIS.

I. An Abbati Commendatario competat Juriſdictio Spiritualis, & Temporalis in Monaſteriis Stabulen. & Malmundarien. eorumq; annexis, & pertinentiis in caſu &c.

II. An eidem Abbati competat etiam Juriſdictio in prædictis Monaſteriis, & annexis circà Regularia Inſtituta, & Regimen, ſeu Gubernium Monaſticum in caſu &c. Et quatenùs affirmativè.

III. An, & cui Abbas prædictus Juriſdictionem hujuſmodi delegare valeat in caſu &c.

Sequitur Principium ex omni parte notorie falsissimum, vi cujus Cel[mus] et [...] Princeps et Abbas Commendatarius Stabulensis prætendit, mediante quadam [...] scriptione, Regimen et Gubernium monasticum, ac omnem Dominatum in Imperiali Abbatia Stabulensi Ord. S. Bened. Congreg. Bursfeld. sibi arrogare

„ Monasteria Stabulense et Malmundariense eorumq; Monachi non recognoscunt alium
„ Superiorem tum in Spiritualibus tum in temporalibus quam Abbatem pro temp[ore]
„ Non enim sunt de illis quæ reguntur iure aliquo societatis seu universitatis, [...]
„ Reipublicæ cum alijs Monasterijs ejusdem Ordinis, ita ut Generali, Provinc[iali]
„ aut Visitatoribus subjiciantur, sed singulariter et de per se gubernantur [...]
„ mores antiquos, absq; eo quod cum alijs Monasterijs ullam Connexionem hab[eant]
„ minusq; cum ipsis concurrant ad efformandum et augendum Corpus universal[e]

In hoc autem stat cardo, in quo impræsentiarum vertitur quæstio hujus famigeratæ Controversiæ.